



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

13. Violatio libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

modi ossium, & herbarum nulli
 mortalium profunt, *ex citat. Cap.
 Admoneant.*) aut Sortilegos ad
 rem furto ablatam recuperan-
 dam accedunt; cooperantur e-
 nim malo: de speciebus Diuina-
 tionum, vide *Sanchez ut à Cap. 38.
 Delrius. disqui. Mag. lib. 4. Cap. 2 q.
 6. & 7. Suarez. Tom. 1. de Religione
 lib. 2. de Superstitione. Emanuelem
 Rodriquetz in summa p. 1. Cap. 7. qui
 recte docet, conclus. 5. Habentes li-
 bros Magicos non debere absol-
 ui, donec eos comburant.*

XIII. Violatio libertatis Ec- clesiasticæ aut immunitatis.

*Vide cit. Extravag. Commun. In-
 ter cunctas, & super Cathedram
 lib. 3. tit. 6. Extravag. commun. de
 Sepulturis.*

Posteriores hos 4. casus titulo
 consuetudinis reseruari Episco-
 pis cum aliis docet *Henriq. cit. nu-
 mero*

mero 4. & 5. alii aliter existimant, & aliter hos casus numerant.

XIV. Imò opinantur aliqui propriè loquendo nullum casum de iure communi reservari Episcopo, nam casum taliter reservari Episcopo, est in iure Canonem esse, qui reseruet tale crimen, soli Episcopo absolvendum, at nullibi talis Canon reperitur, nec exprimitur in *Cap. Episcopus. de pœnitent. & remissi. in 6.* an casus de quibus fit mentio de iure, an consuetudine reserventur Episcopo. Præterea reservatio de peccato habente adnexam pœnitentiam publicam, hodie, vti omnes fatentur, non est in usu, vel solum ad forum contentiosum pertinet. Dein excommunicatio, si non est reservata, tollitur ab illo, qui reservavit, nisi in aliquo particulari casu absolutio.

com.